

Anti-Feb. vindic. diss. 8 c. 5 n. 5 p. 456 et seq. t. 5, et Marchettus *dei Canonis del Concilio di Sardica* p. 2 §. 2 p. 111, à quibus omnia, quæ contra jus appellationum ex his canonibus peti solent, graviter, ac solide refutantur.

(2) Appellationum, quæ ad Sedem Apostolicam ex omnibus mundi partibus interpositæ sunt, tum ante, tum post Sardicense Concilium, magnus numerus est. Anno 142 à iudicio Synopensis Episcopi, à quo ob stuprum de gradu dimotus fuerat, Marcio Romam venit, ut à Sede Apostolica pacem, et communionem obtineret. Negant Launojus, de Marca, Du-Pinius, pluresque Protestantes, Marcionis appellationem veram esse appellationem; sed aliud ostendunt Bellarminus De Rom. Pont. l. 2 c. 21 opp. t. 1 p. 551 ed. Ven. 1721, Christianus Lupus de Appellat. diss. 1 c. 18, Mansius, et Roncaglia in Natal. Alexandr. histor. eccles. sæc. 4 diss. 28 t. 4 p. 481 seq. ed. Ven. 1776, Zaccaria Anti-Febron par. 2 l. 5 c. 2 n. 2 anno 250. Privatus Lambesitanus, damnatus à synodo 90 Episcoporum, literas communionis à S. Cornelio Pontifice fraudulenter impetrare conatus est; quod sane, non nisi cognita, et revocata synodi sententia, fieri poterat. Unde veram appellationem ipse Constantius educit Ep. Pontif. Roman. in notit. Ep. Non extant. Steph. I §. 2 n. 4 col. 225. Biennio post Fortunatus, aliique Africanæ Ecclesiæ Presbyteri; anno autem 262 *Basilides Asturicensis, et Martialis Emeritensis Episcopus, Apostolicam Sedem appellarunt*. Cyprianus, Ep. 68 col. 255 ed. Baluzii Ven. 1723, *nullam adversus hanc appellationem querelam proponit; tantum dicit, eam obreptitiam: et ita jus appellationis agnoscit*. Exemplum hoc vetusto juri appellationum confirmando aptissimum esse, animadvertunt Baluzius Not. 27 in cit. Ep. 68 col. 260, et Fratres Ballerini cit. t. 2 opp. S. Leonis col. 931. Eodem anno Paulus Samosatenus, ab Antiocheno Concilio depositus, suam iterum causam apud Felicem Pontificem agendam curavit; quæ de re copiose agit Cl. Zaccaria Anti-Febron. par. 2 l. 5 c. 2 §. 6. Anno 315 Cæcilianus Carthaginensis Episcopus iudicatus, et ejectus à Synodo Carthaginensi multarum provinciarum, Melchiamdem Pontificem appellavit, ab eoque, causa cognita, absolutus est. Denique anno 541 celebris est Athanasii appellatio, de qua agit Sozomenus histor. l. 5 c. 8 p. 102 ed. Cantabrig., ac Gelasius l. Ep. 15 ad Dardan. apud Labbæum t. 5 col. 529 ed. Ven. habet hæc: « Sanctæ memoriæ quippe Athanasium Synodus orientalis addixerat, quem tamen exceptum Sedes Apostolica, quia damnationi Græcorum non consensus, absolvit. » Atque hanc quidem appellationem in discrimen revocare ausus non est Constantius Arianus Imperator; sed tantum apud Liberium egit, ut ejus quoque iudicio Athanasius damnaretur, sicuti patet ex Dialog. int. Liberium et Constantium apud Constantium Ep. Pontif. Roman. col. 453 et seq. Sunt et alia harum appellationum Sardicensi Concilio antiquiorum exempla, quæ omnia, præter ceteros, collegit Auctor dissertationis Romæ editæ 1768 de Appellationibus ad Romanum Pontificem. Post Sardicense Concilium plura etiam sunt de his appellationibus monumenta. Nam sæculo IV Eustathius Sebastenus Episcopus cum in Concilio Melitiniensi Ariarum depositus fuisset, Liberium Pontificem appellavit, à quo restitutus est; quæ de re confer ea, quæ diximus l. 1 tit. 5 sect. 1 §. 18 not. 5 p. 150. Eodem sæculo Petrus Alexandrinæ Ecclesiæ Sacerdos; itemque Instantius, Salvianus, Priscilianus Apostolicam Sedem appellarunt. Initio V. sæculi appellatio occurrit S. Jo. Chrysostomi, de qua multa à me dicta sunt cit. p. 150, et quam adversus Launojum, Du-pinium, Quesnellium, Giannonium, Petrum de Marca, et ceteros late vindicant David Jugemens canon. chap. 7 art. 5, Natalis Alexander l. c. p. 466 ibique Mansius in Not. Pagius in Baronium ad an. 404

n. 16 t. 6 p. 455 ed. Lucæ, Christianus Lupus de Appellation. dis. 1 c. 27. Bianchius *dell' Esterna Polizia della Chiesa* t. 5 par. 2 p. 84, Zaccaria Anti-Febronio t. 5 p. 505 et seq. Atque hæc quidem Chrysostomi appellatio non fidei, sed meræ disciplinæ causam respiciebat; unde educitur, ut recte monet Natalis Alexander p. 467, jus appellationum ad Sedem Apostolicam non tantum in rebus fidei, sed etiam disciplinæ. Pertinent ad idem sæculum V. appellationes Bubalii, et Tauriani ad Innocentium I., uti patet ex ejus Ep. ad Episc. Macedon. apud Constantium col. 341; Cælestii Presbyteri, et Patrocli Arelatensis ad Zosimum, qui utramque memorat Ep. 2 ad Aurel. et Ep. 5 apud eundem Constantium col. 944 et 959, item quatuor illæ ex Africa appellationes, quas ab Augustino recenseri diximus: Perevii Episcopi, de quo loquitur Bonifacius l. Ep. ad Rufum. 15 apud Constantium col. 4056; Eutherii Thyanensis, et Halladii Tarsensis, qui nomine Episcoporum Euphratiæ, utriusque Ciliciæ, Cappadociæ secundæ, Bithyniæ, Thessaliæ, et Mœsiæ, ad Sixtum III. confugerunt, uti constat ex eorum epistola apud Constantium col. 1245 et seq.; Ilduæ Smirnenensis Episcopi ad eundem Sixtum III, qui eam memorat Ep. 9 n. 3 col. 1266 apud Constantium. De Gallicanis appellationibus celebre est testimonium S. Leonis M., qui Ep. 10 ed. Ballerin. t. 1 col. 654 inquit, « à Gallicanis, innumeris relationibus, fesse consultam Sedem Apostolicam, et quemadmodum vetus consuetudo posebat, per diversarum appellationem causarum, aut retractata ab ea, aut confirmata fuisse iudicia. » Mitto appellationes Chelidonii, Lupicini, Eutychetis, S. Flaviani, Theodoriti, Salomonis Presbyteri, Stephani Larissæi, Contumeliosi Episcopi Rejisensis, ceteras, quarum magnus est numerus, quæque ab iis, quos supra indicavi, scriptoribus accurate describuntur. Consistam in appellationibus Honorati Archidiaconi Salonensis, Felicissimi, et Vicentii Diaconorum, Hadriani Episcopi Thebani, Joannis Presbyteri Isauriæ, Joannis Presbyteri Chalcædonensis, et Athanasii Monachi, Claudii Abbatis, Pauli Episcopi Africanæ, Florentii Episcopi Epidauri, Donadii Diaconi Numidiæ, *Januarii Malacæ*, Alcisonis coreyrensis, quarum appellationum omnium testis est S. Gregorius M. l. 4 Ep. 19, 20 opp. t. 2 col. 505, 594, 566 l. 5 Ep. 6, 7, 8, 9 et 55 col. 627 seq. et col. 662, l. 6 Ep. 14, 15, 16, 24, 63 col. 805, 804, 809, 858, l. 12 Ep. 8 colun. 1286, l. 15, Ep. 45 col. 1250 seq. l. 14, Ep. 7 et 8 col. 1264 et 1265 ed. Paris. 1705. Vide etiam Ferrandum can. 59 apud Justellam Biblioth. jur. can. t. 1 p. 450 ed. Paris. et capitularia Caroli M. l. 7 c. 513 apud Baluzium capitular. Reg. Franc. t. 1 col. 751 et c. 412 col. 745 ed. Ven. 1772. Postremo rem concludam Gelasii l. verbis Ep. 4 seu in Commonitor. ad Faustum Magistrum t. 5. Concil. col. 295 collect. Labbæi cit. ed. Ven. « Nobis (inquit) opponunt canones, dum nesciunt, quid loquantur, contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primæ Sedi, sana, rectaque suadenti, sperare fugiunt. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad hujus Sedis examen volvere deferrunt, ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt. »

Quod appellationes ad Rom. Sedem ex Hispania delatas attinet, duo memorabilia exemplaria affert Cl. Auctor, quæ ejus, de quo nunc sermo est, juris apud nos antiquissimum usum demonstrant. Ex Cypriani Epist., ubi Basilidis et Martialis recursus consignatur, inferas, medio sæculo III eam provocationem Hisp. Eccles. disciplinæ haud oppositam ac censendam; nostrates Prælatos Africanum Antistitem, non utrum procederet neene tale remedium, sed utrum bonam an malam causam haberent destituti, consuluisse; ad quod Cyprianus respondebat, Cornelii P. decretum laudans, ejus vi graviorum criminum rei, qui pœnitentiam egissent, ad proprii ordinis exercitium redire vetabantur. Januarii quoque Malacitani appellatio, et consequens, à



Joan. Defensore prolata, absolutio, ejusdem Apost. prerogativa argumen- tum praestat haud infirmum: cum rejicienda plane sit M. Henr. Florez opi- nio, Greg. Magni ea de re Epistolam ut falsam traducuntis; quod probat P. Vi- llanuño *Conc. His. Summa*, Matrit. edit. 1784, t. 1 pagg. 570 et seq.

Inserere juvat quod de praesenti quaestione scribebant Matrit. Selvag. Adnotatores; nempe: Ad Hispanias quantum attinet, unum est, quod Ec- clesiasticae disciplinae peritos utraque lance pendentes exstare cogit; scilicet, nullum esse Conciliorum Hispaniae Canonem, quo Clericis praegravatis Romanae Sedis periculum adsignetur. Neque Synodus Tolet. XIII, quae can. 12 dedita opera gradus appellationum recenset, de Romana Sede vel hiscit. Clericis a proprio Episcopo damnatis, recursus ad Metropolitam, ab hoc ad alterius Provinciae Metropolitam, ab hoc denique ad Supremam Re- gis Potestatem permittit; nec ultra progreditur. Inde sibi colligere persua- dent, Hispaniarum Patres Apostolicae Sedis appellaciones, uti consuetas non agnovisse. Qui enim credibile erat, ut recensitis passim appellacionum gra- dibus, nullum ipsis vocabulum de Romanis Pontificibus excederet, si hujus- modi appellaciones viguissent in Hispania?

Ad laudatum canonem 12, aliosque similes respiciens G. Cardillus Villal- pandeus, in praecellenti de Tolet. Conciliis *Commentario* (cap. ult.), ita rem explicat: «Habebant id Hispani tum Episcopi, tum etiam Reges, ex privilegio, hoc est, beneficio et gratia Sum. Pontificum Romanorum...»; quod idem est ac affirmare, Apostolicum jus recipiendarum appellacionum, Gotthicae Eccl. temporibus absque usu remansisse, id remittente, in nostratum Praelatorum et Reg. gratiam, Ven. S. Petri successore. Alia tamen, eaque, ni fallimur, acceptabilior, tradi potest citati can. 12 interpretatio: illo vide licet, utpote non nisi de speciali istius regionis disciplina concepto, nec derogatam de fa- cto, nec derogari ullo modo valuisse, universalis Ecclesiae disciplinam, qua Sanctae Rom. Sedis Primatui infixam agnoverat recipiendarum ab omnibus et singulis catholicae Ecclesiae tribunalibus appellacionum auctoritatem; ejus proinde existentiam, superiori stabilitam Potestate, supposuisse can. 12, de quo agitur dum talis iuridici remedi in Hisp. applicationem pro causis Ec- clesiasticis ordinavit. Cum pleraque ejus aetatis monumenta perierint, non mirum, quod Apostolicae, quam asserimus, prerogativa usus tunc in Hispa- nia frequentibus exemplis comprobari minime queat.

Quid postea ea de re in Hispania evenerit, breviter exponit Auct. ope- ris antea citati: «Curso de Historia y disciplina particular de la Iglesia de España en los puntos principales de su gobierno» (Matriti 1846-49), t. 4 part. 2, pagg. 17 et seqq.; nempe: «En los siglos VIII hasta el XIII ocurrie- ron infinitos lances en España, no solo sobre materias reconocidas por com- petentes al fuero eclesiástico, sino sobre otras...; y todos los que en ellas estaban interesados, recurrieron a los Summos Pontifices, unas veces desde luego, y otras en apelacion de las sentencias de los obispos, de los metro- politanos, y aun de los concilios. Para la formacion de las causas, los Papas nombraban jueces, ya con facultad espresa de sentenciar en definitiva y des- pues consultarle la sentencia, ya con orden de solo instruir las y remitirse- las para que en Roma se sentenciasen.—Desde el siglo XIII en adelante, hasta la celebracion del Concilio Tridentino, y desde este hasta nuestros dias, nadie ha dudado del hecho de las apelaciones a Roma.—Es verdad que durante los reinados de Enrique III, los reyes Católicos y su nieto Carlos I., reclamaron muchas veces las Cortes, el gobierno y los mismos reyes, acer- ca de la necesidad en que se tenia constituidos a los naturales de estos rei- nos, de acudir a Roma a seguir y finalizar las causas eclesiásticas; pero estas

mismas reclamaciones prueban que asi se hacia. El establecimiento de los Nuncios con jurisdiccion Apostolica, y mas tarde el del tribunal de la Rota, prueban esto mismo; si bien ya con este temperamento se remedio en parte el mal de que se venia reclamando, y era que, en lugar de ir los litigantes y los pleitos a Roma, se decidian en España por jueces nombrados por los Papas: de suerte que en la esencia permaneció el reconocimiento del derecho que venimos sosteniendo, aunque en el lugar y en las formas se hubiese va- riado...; obteniendo esta variacion de la benignidad de la Santa Sede, segun se espresaba en las bulas que la concedieron.—Con todo, aun entonces, y despues del Concilio, quedaron reservadas inmediatamente a la Santa Sede, y escluidas de los tribunales establecidos para el conocimiento de las de- mas, las que se llaman *causas mayores*. Asi se vio que, celebrado el Tri- dentino, fué a Roma la causa y la persona del arzobispo de Toledo Fr. Bar- toloomé Carranza, y alli se sustanció y sentenció. Del propio modo han ido otras en épocas recientes, y a nadie ha ocurrido reclamar la compe- tencia....»

Lex 5 tit. 5 Partit. 1 in Sum. Pont. jus recipiendarum appellacionum, etiam *omisso medio*, ut ajunt, aperte agnoscit. Transcribere placet quod ad praedictam Alphons. Sap. sanctionem notatum reperimus in Collect. vulgo *los Códigos españoles concordados y anotados* (Matriti, ex typog. de la Pu- blicidad, 1847—51) t. 2, pag. 71 et seq.; videlicet: «En la gerarquia de ju- risdiccion eclesiástica no hay por derecho divino mas grados que el de obispo y papa; siendo por tanto de derecho eclesiástico los demas grados intermedios. De consiguiente, por derecho divino del Primado tiene el Papa el de oír todas las apelaciones de la Iglesia universal, aun omitidos aque- llos recursos ante los Prelados intermedios. Contra esta escelsa prerogativa, por lo mismo, no puede prevalecer jamás ni la costumbre ni el derecho ecle- siástico; el cual, ya sea por medio de constituciones pontificias, ya por medio de cánones conciliares, únicamente puede regularizar y modificar su ejerci- cio, de consentimiento del Papa; pues este no puede despojarse ni ser despo- jado del derecho que le compete por ley divina. Lo único que puede hacer, por tanto, es delegarlo: y en esta virtud conocen de las causas eclesiásticas los prelados intermedios, establecidos por derecho eclesiástico para el mas conveniente ejercicio del régimen y gobierno de una Iglesia que se estiende por toda la tierra. La Santidad de Clemente XIV tuvo a bien conceder a nues- tra España, por su Breve de 26 de Marzo de 1771, la gracia de tener un tri- bunal llamado la *Rota de la Nunciatura Apostolica*, que conoce de las causas eclesiásticas en última instancia. Por tanto, segun el derecho novisi- mo, se apela de la sentencia del obispo al metropolitano, y de este al tribu- nal de la Rota.—Véanse para mayor ilustracion la bula *Apostolici Ministe- rii*, espedita por la Santidad de Inocencio XI, circulada en orden del Con- sejo Supremo de Castilla, de 26 de noviembre de 1767, repetida en 1778; y los titulos 4 y 5 libro 2 de la *Nov'sima Recopilacion*, en que se hallan inser- tas las *Ordenanzas de la Nunciatura* y el espresado Breve de Clemen- te XIV.»

Ergo in Hisp. tribunal Nunciaturae Apost. generatim de causis ecclie- siasticis cognoscit in *tertia instantia*; de iis vero, quae apud Metropolitas in *prima instantia* discutuntur, ad illud prima appellatio pertinet. Exemptorum autem negotia, in *prima instantia* committenda sunt locorum Ordinariis vel synodalibus iudicibus, et per appellacionem ad ipsum Rotae tribunal devolvuntur: laud. Brevis 1771 §. 7. Denique quod ipsius tribunalis ordinationem, facultates, ac procedendi modum spectat, et quomodo in ipso



*quintæ* causarum *instantiæ* locus sit, ut tres conformes sententiæ haberi possint, videsis cit. legg. tit. 5 lib. 2 *Novis. Compilationis*, et scriptores regnicolas.

(3) Quæ de Primatus jure dicta sunt, ostendunt, ei prorsus hæere jus appellationum; idque etiam confirmant exempla appellationum Sardicensi Concilio antiquiorum. Nam si hoc primum his canonibus statutum fuisset, nullæ ante eos occurrerent ad Apostolicam sedem appellationes. Hinc eas ex ipso jure Primatus repetunt S. Bonifacius I. Ep. 14 ad Thessal. Episc. col. 1053 apud Constantium, Agapetus Ep. 4 ad Justinianum Imperat. apud Labbæum collect. Conc. t. 5 col. 942 ed. Ven. Agatho in Concilio Romano ibid. t. 7 col. 606, Gelasius I. in cit. Common. ad Faustum apud Labbæum t. 5 Concil. col. 297, Valentinianus III. Ep. ad Theodos. opp. S. Leon. p. 201 ed. Rom., et S. Bernardus de Considerat. ad Eugen. l. 5 c. 2 opp. t. 2 p. 570 ed. Ven. 1781, Appellatur, inquit, de toto mundo ad te: *Id quidem in testimonium singularis Primatus tui*. Reliqui Patres, quos inter sunt S. Innocentius I. Ep. 2 ad Victric. n. 6 apud Constantium col. 749, Julius I. Ep. 1 ad Eusebian. n. 22 apud eundem Constantium col. 586, Leo M. Ep. 10 ad Viennens. Episc. c. 2 opp. t. 1 col. 654 ed. Ballerin., ceteri, quos mitto, ne nimis sim, hanc, ajunt, perpetuo fuisse Ecclesiæ consuetudinem, ut ab omnibus Summus Pontifex appellaretur; quæ perpetua consuetudo tantum ad jus Primatus referri potest. Ipse Quesnellus, qui tanto studio appellationibus adversatur Diss. 16 in S. Leon. §. 14 n. 4, fateri vel invitatus debuit: «Gallicanos, cum appellationes receperunt, respexisse ad Primatus Pontificis dignitatem, ac potentiorum, ut Irenæus vocat, principatitatem.»

29. Jus Patriarchicum inesse dicimus in Summo Pontifice, propterea quod lex Ecclesiæ, quæ in oriente inter ipsum, et Episcopos esse voluit Patriarchas, medium hunc gradum in occidente non constituit; ideoque Pontifex occidentis Patriarcha appellatur, quoniam eum quoque occupat in occidente locum, qui in oriente datus est certis Episcopis, quos Ecclesia ceteris in ea regione superiores fecit. Sed tum in oriente, tum in occidente Primas, et caput Ecclesiæ est; et jus annexum Potestati superiori, qualis est Primatus, ad inferiorem, quæ in illa inest, hoc est ad Patriarchatum; referri non potest. Simili modo si Princeps, qui summo potitur imperio, aut Ducis in bello, aut Judicis civilium controversiarum partes velit sustinere, quidquid in utroque munere gerit, non ex mera judicis, ducisve potestate gerit, sed ex potestate summi imperii, in qua utraque illa potestas insita et affixa est (1).

(1) Confer Heineccium Elem. jur. natur. et gent. l. 2 c. 8 §. 156 et 157 et c. 9 §. 192 opp. t. 8 p. 215 et 229 et Neap. cit.

30. Inter appellationes, quæ ex oriente, quæque ex occidente ad Summum Pontificem interponuntur, hoc discrimen est, quod illæ, cum gradatim fiunt, judicium postulant Patriarcha-

rum, antequam Capitis, et Primatis judicium subeant; hæ vero à Metropolitibus statim ad hunc Primatem, et caput deferuntur. Sed utroque loco Primas est, qui appellatur, et qui judicat. Si quid Pontifex ageret annexum soli Patriarchatui, non Primatui, id quidem ageret tamquam Patriarcha, non tamquam Primas; sed cum ipse habeat jus appellationum ex Primatu, non ex Patriarchatu, semper tamquam Primas appellationes recipit, quocumque ex loco procedant.

31. Quod si jus appellationum oritur ex potestate, et jurisdictione, quæ in Primatu hæret, consequens est, ut Pontifex, cum ex ea potestate, et jurisdictione appellationes recipit, possit suo lubitu vel causas ipse cognoscere, vel judices, qui eas cognoscant, constituere in loco unde appellatur. Ita in civili republica alerutrum facit Princeps arbitrato suo; quoniam jus appellationum adhæret in summa potestate, cum qua reipublicæ præpositus est. Alicubi quidem lex Ecclesiæ, aut consuetudo potest efficere, ut propter locorum longinquitatem, difficultatem rerum, aliasve causas ejusmodi, dentur judices in provincia, unde appellatio interposita est; verum neque Ecclesiæ lex, neque consuetudo potuit eripere Summo Pontifici potestatem, et jurisdictionem, quam à Christo accipit (1).

(1) Sane maxima pars appellationum, quas supra descripsi, pertinent ad judicia, quæ à Summo Pontifice Romæ acta sunt; et Sardicensibus canonibus, uti ostendi loco superiore, discrete cautum est, ut Romæ causæ agerentur. Argumentum hoc, præter ceteros, solide, copioseque persequuntur Fratres Ballerini cit. t. 2 Opp. S. Leonis col. 985, et Cl. Zaccaria Anti-Febron. vindic. par. 5 Diss. 8 c. 6 p. 495 et seq. Illud ridiculum, quod habet Dominicus Cavallarius Instit. Jur. Canon. par. 5 c. 28. Is enim §. 4. *libens agnoscit, jus appellandi Romanam Sedem à synodorum inferiorum judicis, tanquam consecratiæ Primatus Romani Pontificis in universam Ecclesiam haberi posse; est enim Romanus Pontifex ceteris Episcopis superior; naturalis vero ratio dicitur, ab inferioribus ab superiore appellandum*. Tum §. 5 et seq. conatur ostendere, Romanos Pontifices eo jure usos non fuisse; postea Sardicensi Concilio eis dandi judices facultatem fuisse concessam, hos canones serius fuisse receptos, denique per falsas Isidori decretales, Summos Pontifices, non tantum dandi judices, sed etiam judicandi in causis appellationum potestatem obtinuisse. Mitto omnia, quæ supra dixi, ac suis ipsis principiis Cavallariam urgeo. Si jus appellationum *consecratiæ est Primatus Romani Pontificis in universam Ecclesiam*, si ipse appellatur, quia *ceteris Episcopis superior est, et naturalis ratio dicitur, ab inferioribus ad superiorem appellandum*, hoc est, si jus appellationum originem habet à Jure Divino, à quo certe Primatus oritur, quid Summus Pontifex opus habuit canonibus Sardicensibus, aut falsis Isidori decretalibus? Non hæ decretales, neque illi canones dederunt jus appellationum, sed dedit ipse Christus, qui Primatum instituit. Mitto cetera, quæ Cavallarius cumulat



contra jus appellationum, quod in ipso Primatu inesse demonstravimus. Nam ipsa sunt argumenta Bohemeri, Van-Espenii, Febronii, ceterorum, quos supra refutavimus, ut proinde eadem omnia quadrent etiam in Cavallarium, qui aliorum errores literis consignavit. Simili plane de causa *in notis ad titulum de Judiciaria Ecclesiae potestate* separatim non refutavimus Cavallarium, qui in Inst. Can. par. 5 c. 2 et 3, adversus judicariam in causis civilibus Ecclesiae potestatem multa habet, quae à Du-Pinio, Fevretio, Van-Espenio, ceterisque similibus desumpta sunt. Nam eorum ineptis explosis, atque rejectis, etiam Cavallario, cujus par omnino causa est, satisfactum arbitramur.

Liceat mihi hoc loco, quoniam memoravi Isidori Mercatoris collectionem, cujus saepe in his Institutionibus mentio occurrit, aliquid animadvertere, quod post editum tomum 1. earundem Institutionum, ubi de hac collectione disserui p. 49 et seq., intellexi ex Mss. epistola P. Burrieli, data ad Franciscum Ravagum die 22 Decembris an. 1752, quam mihi legendam dedit V. Cl. Laurentius Hervas, qui etiam illius partem descripsit in opere, cui titulus *Storia della vita dell' Uomo*, t. 2 l. 4 c. 11 p. 191. Tradit nimirum Burriellius, Isidorum usum praesertim fuisse Hispanica collectione canonum, cui multa addidit ingenio suo, multaque emendavit, atque detravit, ut sum illud figmentum componeret, quod et ego observavi in Prolegomenis t. 1 c. 5 §. 64 p. 49 et seq. Illud in primis monet ipse Burriellius, sese omnia Hispaniarum archiva diligentissime lustrasse, neque ullum unquam manuscriptum codicem ejus collectionis reperire potuisse; quod argumento est plane maximo, Hispanos, qui Isidorum conferentes cum ea collectione, quae in omnium manibus versabatur, nullo negotio fraudem detegere potuissent, Isidori figmenta penitus ignorasse. Illam autem collectionem Gotico-Hispanicam describit Burriellius literis ad Canonicum Petrum de Castro datis die 30 Decembris an. 1754, quas equidem literas apud eundem eruditum virum Laurentium Hervas legi. Scilicet ea continet canones XX Nicenos, quos continuo sequuntur aliarum Graecarum Synodorum Canones in latinum sermonem conversi; sed haec versio diversa est à Dionysiana, atque eadem magna ex parte est, quam dedit Isidorus Mercator, cujus nomine eam Harduinus edidit. Atque haec causa est, propter quam multi in Galliis putaverint, Isidori collectionem in Hispaniis fuisse absolutam, quia nimirum Isidorus ex collectione Gotico-Hispanica fere integram Graecorum canonum versionem arripuit. Novum hinc argumentum educitur, ex quo patet, non modo nullas fuisse in hac Isidori collectione Pontificum Romanorum partes, sed ipsos etiam nullam ejus rationem habuisse; quam si habuissent, illam certe misissent ad Ecclesiam Hispanicam, quae semper magnam habuit cum Romana Ecclesia conjunctionem. Sane pars altera collectionis Gotico-Hispanicae constat ex Decretalibus Summorum Pontificum centum, ac duabus,isque omnibus certae fidei, quas sequitur Decretalis *de Libris recipiendis*, et non recipiendis, unde Gratianus desumpsit Can. *Sancta Romana*, 5 Dist. 15, qui canon, uti testatur Burriellius cit. Ep. ad canon. de Castro, in omnibus Codicibus non Gelasio, sed Hormisdæ tribuitur. Optandum maxime esset, ut praecleara Hispanorum natio, quae viris abundat ingenio, ac doctrina plenis, in lucem emitteret collectionem Gotico-Hispanicam, quam duabus illis literis Burriellius memorat, quamque ipse illustravit; magnum exinde lumen acciperet ecclesiastica jurisprudentia, et multa forte occurrerent emendanda in operibus eorum, qui antiquas canonum collectiones ediderunt. Certe testatur Burriellius, multa se animadvertisse minus vere, et minus accurate scripta à Card. Aguirrio, et à Cajetano Cennio, qui hactenus visi sunt Hispanicis

Canonum collectiones omnium diligentissime expendisse. — V. *Append. ad Proleg. cap. 5*, tom. 1, à pag. 61.

TITULUS XVI.

DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE.

1. IN INTEGRUM RESTITUTIO QUID?—2 ET 3. QUI HABEANT BENEFICIUM RESTITUTIONIS IN INTEGRUM?—4. QUIBUS IN REBUS DETUR?—5 ET 6. QUI IN INTEGRUM RESTITUANT?—7. EFFECTUS RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.—8. SUPPLICATIO PRINCIPIS OBLATA.—9. CONFIRMATIO APOSTOLICA.—10. ORIS APERITIO.

1.

Qui appellationis remedio uti non potest, beneficium habet *restitutionis in integrum*, per quam omnia in antiquum statum restituantur. Definitur autem in integrum restitutio à Paulo IC. (1): redintegrandae rei, vel causae actio (2). Datur hoc remedium extra ordinem, ut subsidio sit iis, quibus aliae desunt actiones, per quas jus suum consequantur. Quare cum actus ipso jure irritus est, aut cum aliud suppetit ordinarium civile remedium, in integrum restitutio dari non solet (3).

(1) Recept. sentent. l. 1 tit. 7 §. 1 apud Sculthingium, jurispr. vet. Ante-Justinian. p. 255 ed. Lipsiae 1757.

(2) Actionis vocabulum generaliter hic accipitur pro quovis juris remedio, quod quis vel intendit, vel à Magistratu conceditur, ut in L. 57 ff. de Obligat. et action. Ab Isidoro *Origin.* l. 5 c. 25, in integrum restitutio definitur; *causae, vel rei reparatio.*

(3) L. 17 ff. de Minor.—L. 1 tit. 25 *Partitae III.*

2. Non temere, ac sine delectu, sed tantum justis de causis in integrum restitutio conceditur. Majores XXV. annis non restituantur, nisi demonstrata causa laesionis, quae culpa vacat: qualis est dolus alterius (1), causa metus, alienatio judicii mutandi causa facta (2), absentia, aut justus error (3), denique si qua alia iudici justa causa videatur (4). Minores annis XXV, propter lubricam aetatem, probata laesione, restituantur (5); modo restitutio petatur intra quadriennium à tempore, quo minores esse desinunt (a).

(1) Cap. 4 de In integr. restit., cap 6 de His. quae vi metusve.

(2) L. 1 ff. de Alien. jud., c. 1 eod. c. 11 de Judic. Extat in Pandectis, atque in Decretalibus titulus *de Alienatione judicii mutandi causa facta.* Fit autem haec alienatio, quoties pars altera, quae litem habet, dolo malo jus